

sapientia incarnata hoc est, Christus incarnatus, seu verbum patris, dum inter homines conuersando apparuit, domum conscientie evertit, quia homines in conscientia suis de reatu suo dolere fecit, & sic homine suum reatum cognoscere, drachma reperitur. Qua reperia, conuocantur amici, hoc est supernae potestates ad congaudendum. Conuocatur tunc, cum gratia homini impartitur, qua ad amorem conditoris, & redemptoris accenditur, & sic in Dei filios ad optatur, angelorum cetui consociandus. Tertia parabola est de filio prodigo, qui habetur eodem capitulo. Et potest intelligi per prodigum, peccator, nunc post conuersionem strenue currens de virtute in virtutem, qui etiam dicitur iunior filius, & omnem substantiam dissipauit luxuriose. Per senioresem vero intelligitur iustus quilibet, qui quia pauca illicita commisit, ad caelestia non anxie anhelat. Cum enim filius iunior, & prodigus rediisset, dicendo, Pater peccaui in caelum, & coram te. Videns eum pater à longe, misericordia motus est, & occurrens cecidit in collum suum, & osculatus est eum. Iussitque illum vestiri stola prima & c. & occidi vitulum ad epulandum & c. Sed cum inuideret senior, rogat eum pater, ut dimitteret inuidiam, volens etiam saluare eum & c. vide Luc. 15. in textu & glo. Ecce quaeruntur, & rogantur peccatores ad penitentiam, & occurrit eis animarum medicus Christus.

Secunda doctrina
Nullus peccator suam conuersionem postergat.

Secunda doctrina. Nullus peccator suam conuersionem postergat, ne angelos salutis peccatorum cupidos, gaudio priuet. Sicut enim peccatorum conuersio placet angelis, & est materia gaudij. Sic oblatio displicet, & est (Deo cogente) materia tristitiae. Quia autem gaudeant de conuersione, patet primò in responsione data seniori filio, hoc est tepido iusto, qui dixit se nunquam dominum mandatum praeterisse & c. Vide Luc. 15. At enim pater. Fili tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt. Epulari autem, & gaudere oportebat, quia frater tuus mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuentus est. Item in

euangelio praesenti, & Matth. 18. Gaudebit super eam magis, quam supra nonaginta nouem & c. Diceres, ergo peccandum est, ut angelos letificemus. Si quidem pater nullum conuersionis gaudium fecit seniori, quem admodum fecit iuniori, & prodigo. Item magis gaudent angeli de conuersis lapsis, quam de stantibus, qui non errauerunt. Ergo ut iucundentur, & letificentur magis Angeli, prius peccandum est, de hinc inde resurgendum. Hoc enim videtur innuere verba euangelistarum Matthaei & Lucae. Replicae istae requirunt intellectum verborum, cum dicitur, angelos magis gaudere de conuersione peccatoris, quam de iustis stantibus, aut non errantibus.

Vnde est primum attendendum, pro ut diuina docet experientia, quod iusti sunt duplices. scilicet tepidi, & feruidi. Sic & conuersi ad dominum reperiuntur in duplici differentia. Quidam sunt tepidi, eo quod non sunt sibi conscius multorum peccatorum sibi dimissorum, & ita manent quidam in via iustitiae, sed tamen ad caelestem patriam non anxie anhelant. Alii sunt feruidi, & plurimum inardescunt in amore Dei, quia credit sibi multa fore dimissa peccata. Volunt ergo releuare deperdita, & damna praecedentia (ut Grego. in hom. loquitur) lucris sequentibus compensare. Et de talibus conuersis strenue in via Deicursantibus intelligitur textus euangelici secundum Grego. non de tepidis. Exemplificat, quod dux isto modo plus diligit militem, qui post fugam reuertens fortiter pugnat, quam illum, qui nunquam fugit, nec aliquid fortiter egit. Et agricola plus illum appreciat agrum qui post sentes, & spinas vberes fert fructus, quam eum, qui nunquam habuit spinas, nec vquam se tilem produxit fructum. Ratio potest assignari, quia in illo, qui fugit, amplius bonum reperitur, quam in alio stante. Et in agro olim spino vberes reperiuntur segetes, non sic in eo, qui spinas nunquam habuit. Maius enim bonum secundum extensionem, & numerum pariter, & secundum

Exemplum quo angelis magis gaudent de peccatore reuertente, quam de iusto.